

## δικαταληξία

ΑΡΤΗΘΟΝ. GL VI 62. 12 sqq. praeter has autem depositiones est aequae quae δικαταληξία nominatur, cum ex diversis metris versus sub unius figura componitur. nam si sit dactylica tetrapodia et ithyphall<ic>us, id est si post quattuor dactylicos pedes tres continui trochaei subiciantur, ipse versus quasi uniformis pronuntietur, δικαταληξίαν patitur, quoniam quarto pede dactylico et pars orationis et <a>catalecti metri finis includitur, atque ita rursus trochaicum dimetrum brachycatalectum adiungitur, quod ithyphallicum nominatur, ut est:

tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido. [B.M.]